



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Sifara rex gestans, telorum fasce neglecto  
 Incomitatus abit, metuens sublime notari,  
 Corpus & excelsa fugitiuum prodere massa.  
 Qui postquam latuisse putans, tectoqz receptus  
 Mollia perpetuo dimisit lumina somno:  
 Mox aiosa Iahel peragit quod Debbora vi<sup>c</sup>trix Iahel. Iud. 4.  
 Cœperat: inqz solo strati terraqz iacentis  
 Tempora transfixo penetrans immania clavo.  
 Fœmineus duplex sic vno ex hoste triumphus.

## C A P V T      XVI.

**A**T tu virgo Dei sanctis quā moribūs ornāt  
 Hinc pudor inde fides, īternis fortior armis  
 Bella geris: iustis triplex quæ cōmouet hostis. Arma Christiani hois.  
 Spes tibi fida micat: fœlix in vertice cassis,  
 Continet & lumbos preciosi zona pudoris: Galea.  
 Iustitiae lorica tuos constringit amictus  
 Pro gladio vibrat bis acutum dextera verbum. Zona.  
 Hæ virtutis opes, hæc sunt solatia belli,  
 Quæs dubiū aduersus mentis cū corpore bellū  
 Ipsa suos armat clamantis buccina Pauli, Lorica.  
 Quæ prudenti olim cecinīt Prudentius ore  
 Præterea tibi bellatrix & robore plena  
 Virginitas armata vigeat: quam fœda libido  
 Appetit, & casso vocat in certamina nisu. Gladius.

Sed bellatricem te sentiat æmulus anguis:  
 Ut quum pugnatam dederint tibi prælia palmā,  
 Læta feras summū calcato ex hoste trophæum.

## C A P V T VI.

**P**Ræterea vero quæis victo ex hoste rebelles  
 Atque resultantes vicitriæ in corpore motus  
 Artibus allidas Christocq; in cote retundas;  
*Libri sacrae scripturae.* Diuino eloquio scripturaq; indice nosti.  
 Nam quidquid sacræ diuina volumina legis  
*Quinq; libri Moysi.* Aut sensu aut verbo monstrat, quod prædicat ille  
 Antiquus mundi repetens exordia vates,  
 Siue ille historias texit, seu forte figuræ,  
*Iosuæ.* Quid' ue etiam ille Naue Mōsī successor Iesū  
*Iudicum.* Succiduoq; simul quod quisq; in tempore Iudex  
 Gesserit, ut digitos soror isthæc omnia dudum  
*Ruth.* Docta tenes; quid eñ nūc Ruth moabitida dicā?  
*Libri reg. 4.* Præterea reprobo qui successere sauli  
*& paralip. 2.* Quiq; gubernarint iudam atq; israela reges,  
*Esdræ. 4.* Queq; instaurator templi promptissimus Esdras  
*Thobias.* Egerit, aut melius cæcato in corpore cernens  
*Hester.* Thobias, quid pro populo confecerit Hester.  
*Judith.* Fœmineaç; animos Iudith in mente viriles,  
*Iob.* Et quæ tam misere afflicti patientia Iobi:

Porro